

V. C.

BERNHARDO GVLIELMO  
NÜSSLERO  
S u o  
S. D. MARTINUS OPITIUS.

**D**Estinatum tibi, NÜSSLERE,  
frater jucundissime, adhuc in Da-  
cia, ubi calamus ei primum ad-  
movi, hunc hymnum fuisse, vel adjecta sub  
eius initium elegia ( si hoc nomen languidi  
versūs merentur) ostendit. Caussas, quæ mē  
tūm adducebant, habebam quidem satis ju-  
stas; non minores tamen ab eo tempore quo  
ad vos reversus sum accesserunt. Nam ut de  
incomparabili amicitia nostra non dicā, quæ  
à pueris ductu quodam naturæ singulari ita  
crevit, ut de ea non nisi solum quibuscum hacte-  
nus vixim⁹ testari possint; verum etiam poste-  
ritas ipsa, si qua illi cura nostri erit, beneficio  
carminum ad notitiam ejus perventura sit:  
erectum istud ingenium tuum, varia doctri-

A 2

na,